

AUGUSTISSIMAE ROMANORUM  
IMPERATRICI  
MARIAE THERESIAE  
APOSTOLICAE REGINAE HUNGARIAE, BOEMIAE, &c.

---

*A*uxilii cum Diva Parens Tibi provida semper  
Adfuerit, votis annueritque Tuis:

*Nec tantum annuerit; verum praeverterit ultro,  
Pondus & addiderit vota, spesque super:*

*Sola, exermis eras, ubi tota Europa coactis  
Viribus incubuit Te spoliare throno.*

*Tu licet exermis, sola obluctaris in omnes:  
Idque parum est, omnis conteris hostis opes:*

*Quid loquor imprudens? Etenim non sola fuisti:  
Auxilii Mater dum Tibi juncta favet.*

*Vix emerfisti tantis defuncta periclis:  
Cum turbo invexit Te novus, isque duplex.*

*Adversus Te foedus init Borussus & Anglus;  
A pelagi hic campis, orbis & ille ruit.*

*Ut vero adnixos possent, infringere, Mater  
Auxilii plenas addidit usque manus.*

*Te monem multa illa Tuum, Tua lintea rexit:  
Duxit & in portus ostia tuta ratem.*

*O quaeso, accipias Clemens mea carmina; Divae  
Indultam referunt nam Tibi Matris opem.*

